


1 a

187









994.

V. 51

1637,9

18

2

QUOD DEUS BENE VERTAT,  
**DISPUTATIO**  
**INAUGURALIS,**

*Continens*  
Controversias miscellaneas ex jure Civili scri-  
pto, Canonico & Feudali decerptas,

*QUAM*  
DECRETO ET AUCTORITATE MA-  
GNIFICI ET NOBILISSIMI IN ILLUSTRIS  
SALANA ICTORUM ORDINIS,  
*PRÆSIDE*  
VIRO  
*AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,*  
*CONSULTISSIMO*

**Dn. ERASMO UNGEPAUR,**  
Naumburgensi, ICTO & Antecessore  
celeberrimo, Consiliario Saxonico, Curia Provin-  
cialis & Scabinatus Assessore dignissimo, Facultatis  
Juridicæ Seniore, Præceptore & Promoto-  
re suo ætatem observando,

*Pro consequendis summis in Utroq; Jure*  
*Privilegiis & honoribus Doctoralibus*  
*Ad diem 22. Novembr.*

Publicæ disquisitioni subjicit  
**CHRISTOPHORUS Lange Naumburgensis.**

---

JENÆ,  
PRELO LOBENSTENIANO.

ANNOCIO 1737 XXXVII.



QUOD DEUS VERITAT  
MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS,  
CONSULTISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS

DN. JOHANNI Denhartem  
JCTO eminentissimo, Consiliario  
Hennaco-Saxonico Secretiori, & Can-  
cellario gravissimo,

DN. SIGISMUNDO Finckel-  
thaus JCTO & Antecessori celeberrimo, Fa-  
cultatis Juridicae Lipsiensis Ordinario, Curiae Provin-  
cialis supremæ Assessori, Consistorii Præsidi, Ca-  
nonico Martisburgensi, Collegii Princi-  
pum minoris Collegiato, Acade-  
miæ Decem viro.

*Dnn. Affini, Patronis & Promo-  
toribus suis omni observantia cult-  
u prosequendis*

Hanc Disputationem Inauguralem

*Offert & dedicat*

Christophorus Lange.

JENÆ  
PRELO LORENSTENIANO

ANNO MDCCXXXII





J. J.

I.



Ariè hinc inde agitur quæstio An princeps sit solutus legibus? Cujac. in lib. 15. obs. 30. Pac. cent. 7. 9. 82. cum Caducariis tantum solutum volunt Don. 1. com. 17. Coras 2. misc. 25. n. 4. Vasq. contr. 1. c. 26. n. 15. Bronch. 1. assert. 11. Jas. ad

l. princeps 31. ff. de LL. solennibus juris tantum, per l. 3. C. de testam. Verum omnibus omnino legibus civilibus & positivis solutus est, nec tantum videtur, ut autumat Gothofr. ad Nov. 105. c. 2. §. 4 l. 8. verbo subiecit, sed revera est solutus. l. princeps 31. ff. de ll. Quamvis autem princeps ll. civilibus civili ratione non teneatur, nihil tamen per hoc dignitati ipsius detrahatur, si eas ut rationes observet. Add. Dn Riem. dec. 29. 7. Magnif. & Consult. Dn. D. Franzkium dec. 1. Amplif. & Excellent. Dn. D. Ungepaur P. P. & Facultatis Juridice Seniore, Præceptorem & Promotorem meum pl. honorandum Exerc. 2. 9. 5.

II. *Autoxeia* num de jure Civili Romano sit licita? contentiois serram Od. trahunt. Nos omnino eam licitam esse statuimus per l. sed si 9. §. si ipse servus 7. ff. de pecul. Diss. hic inter alios *Quirin. Cubach. in cent. 1. q. 7. dec. 1.* qui prolatis quibusdam argumentis, quendam suppresso nomine perstringit & refutare conatur. Is autem l. tale profert argumentum: Quicquid pugnat cum naturâ, cum sui ipsius charitate, cum pietate, jure divino, bonis moribus, salute reipub. id non potest dici licitum. At verò *autoxeia* cum natura etc. Verum tam major, quam minor propositio in hoc argumento videtur esse dubia respectu habito ad jus civile Romanum, quo *autoxeia* licitam esse opinamur. II. Ita argumentatur ille: Quicquid sit jure civili permittente non punitur l. 4 C. ad L. Jul. de adult. Atqui *autoxeia* jure civili punitur E. Minorem probat per l. 3. §. 3. §. 5. & 6. ff. de bon. eorum





eorū qui ant. sentent. l. 6. §. 7. ff. de re milit. l. 45. §. 3. de jure fisc. d. l. 3. §. 3. nostram opinionem non infringere; non enim ideo proprecida, quia sibi mortem intulit, ibi punitur, sed quod mortem sibi consciscendo crimen illud, de quo accusabatur, confessus, atq; ita de illo crimine accusato damnatus videbatur, quæ damnatio bonorum publicationem importat, si eo crimine nexus fuit, ut, si convinceretur, bonis careat. Itaq; si propriè loqui velimus, nulla est pæna ejus qui sibi mortem conscivit, sed pæna potius est ejus criminis, de quo accusabatur, ut eo ipso momento, quo mortem sibi conscivit, condemnatus videatur bonorum publicatione arg. l. 2. C. ubi causa fisc. ibiq; Vult. Cæteri autem §§. d. l. 3. contradicunt Cubachio Ad. l. 6. §. 7. ff. de re milit. 2. speciale esse in milite, ut si sibi manus intulerit, nec factum peregerit, capite puniatur, nisi impatientia doloris aut morbi luctusve alicujus vel alia causa fuerit, tunc enim cum ignominia dimittendus est. l. si quis 38. §. fin. ff. de pen. Verum quia excipit hic Cubach. I, rationem specialitatis se non audivisse, ideoq; eam dabitur & quidem triplicem; (1.) est severior militaris disciplina. Unde Polyb. solenne esse ait crudelitatem exercere terroris causâ in bello. Plurimum enim interest Reipub. ut vivant & supersint milites, in quibus tempore belli salo reipub. vertitur. (2.) ratio est, quia miles contra juramentum, quo vitam jam soli Reipub. bono sacravit, videtur peccare tanq; desertor stationis suæ, in quam à duce est collocatus. (Bach. ad Tr. vol. 2. disp. 32. sb. 5. l. D. in verb. qui occidendi animo. (3.) est quia majorem animi constantiam & fortitudinem ostendere debent, quam cæteri homines. Menoch. lib. arb. 99. c. 284. n. 24. Excipit Cubach. II. cum Accurs. in l. filium 24. C. fam. heretis. miserorum esse refugium, si illi conciliaturi respondeamus hoc esse in lege speciale. Quæ exceptio procedit, si sc. frivole quis speciale dicat & nullam rationem specialitatis proferat, quod tamen hic non fit. III. Excip. Si id non permittitur militib; in multis privilegiatis, quib; alias permittitur sum jura ignorare l. 9. ff. de jur. & fact. ignor. multo minus paganis, qui non sunt privilegiati, id permittendum erit. Quæ argu-



argumentatio à militibus ad paganos hoc loco non procedit, propter rationes allatas quæ in paganis locum non obriunt. IV. Exc. adjungi debere *d.l. 3. §. 3. & preced.* & ibi veram rationem edicti Divi Hadriani haberi *d.l. 6. §. 7.* sed posito hanc esse veram rationem, non verò concessio, idem tamen responderi potest quod ad *d.l. 3. §. 3.* respondimus.

Ad nostrum autem fundamentum videlicet *l. 9. §. 7. ff. de pecul.* idem dicitur. eam esse incertam & disputabilem, & propterea certi quid ex eâ decidi non posse *§. (1.) peti ab eo principium.* Si enim verba rectè percipiuntur, ut accipi debent, sanè deprehendimus Ulpianum mortem accersi posse, censuisse. Deinde (2.) nihil est in jure nostro, in quo nihil sine controversia *Tiraq. de jur. princ. q. 34. n. 24.* cui rancida hæc solutio applicari non possit. II. *§. Cubach. in d.l. 9.* naturaliter h. e. de facto licere in corpus suum lævire servis, de modo verò an jure vel injuriâ illud fiat, ibi nihil haberi. Quod admitti non potest: *Ulpianus enim in d. §. 7.* quærit, an dominus aliquid de peculio servi possit deducere, qui in corpus suum lævit? Et respondet quod non. Si jam IUSTUS cõsiderasset factum, hæc esset ratio decidendi, quia lævit, quæ decisio esset absurda & nemo nisi stultè ita responderet, cum factum sit notorium. Et verba, *licet naturaliter,* indicare vult, servos hoc loco non differre à reliquis hominibus, quod jure naturali omnes homines sunt æquales *l. quod atinet 32. ff. de R. J. & l. hos accusare 12. §. 4. ff. de accus.* Hinc constat III. *Cubach. d.l. 9.* non rectè de servis tantum accipere, quamvis aliàs à servis ad liberos homines non bona sit illatio. Et ipsi *Cubach.* adversatur particula *etiam,* quæ *arg. l. etiam 20. de fidei com. Br. in l. 1. C. etiam per proc. & in l. suus 4. ff. de hered. instit. Gadd. in l. 99. in pr. n. 6. ff. de V. S.* implicat & includit etiam liberos homines, ut sensus sit *Ulpiani* non tantum liberis hominibus, verum etiam servis licere in corpus suum lævire, de quibus magis dubitari poterat, cum plus juris in jure liberis hominibus debeat quam servis. Imò si servus non punitur, multò minus liber homo, servus enim non tantum seipsum lædit, sed & dominum, cui prodesse debet.



*l. melior 133. ff. de R. J. & l. servus 3. C. de pact. Plura de hac quaestione videantur apud Magnif. Amplissimum & Consultissimū Dn. D. Sincelthaus Inclita Facultatis Juridica Lipsiensis Ordinarium meritissimum. Dn. Praeceptorem & Promotorem meū omni observantia cultu prosequendum in obs. pract. 43. Ampl. Dn. D. Ungepaar exerc. 1 q 13 Bach. ad Tr. vol. 2. disp. 32. th. 5. l. D. Menoch. d. l. 2. arb. jud. qq. c. 284.*

3. Errorem errant inexcusabilem, qui statuunt errorem communem jus facere posse, cum jus ex consensu vel expresso vel tacito oriatur, nihil autem tam consensui contrarium quam error *l. si per errorem 15. ff. de jurid. Magnif. Dn. Arum p. m. disp. ad π. 1. th. 22*. Imo absurdum est jus, quod ars æqui & boni *l. 1. ff. de just. & jur. ex erroribus nasci*, inquit Anton. Guiber. *q. jur. 20. n. 8 Diss. Accurs. in l. Barbarius 3. ff. de Offic. prator. Bar. ad l. 39. de LL. Conn. lib. 1. c. 20 n. 1*. Pro quibus parum facit *d. l. Barbarius* & enim *Cuba. h. cent. 1. dec. 7. q. 7*. Barbarium non fuisse præterrem, nec esse si quis dicat eum præturam fundum *d. l. 3* & ideo etiam præterrem fuisse *Bart. d. l.* cum maxime sint diversa & unum facti, alterum juris. Unde *Ant. Faber. in ration.* ait servum præterrem esse non posse, sed posse tamen præturam fungi. Jus autem, quod dixit, tenuit non quidem ipso jure, quia, ut diximus, præterres esse non potuit *l. cum Prætor 12. §. non autem 2. vers. moribus ff. de judic.* sed ex humanitate *d. l. 3*. & ob publicam utilitatem ne lites decisæ restaurarentur *l. properandū C. de judic. Magnif. Dn. D. Sincelthaus obs. 30. n. 2. & 58.* non secus ac ob publicum favorem sustinetur testamentum, quod servus signavit qui eo tempore pro libero habebatur *l. 1. C. de testam. & sententia l. 2. C. de sent. & inter loc. Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 12. th. 8.*

4. Utrum libellus emendari aut mutari possit, non adeo expeditum est. *Wesemb. in par. ff. de edend. Schneid. ad §. fin minus 34. J. de action. Marant. de Ordin. judic. tit. de oblat. libell. Gail. 1. obs. 51. n. 9. & obs. 74. n. 4. conseq.* putant emendari quidem & declarari libellum ad sententiam definitivam usque posse, mutari verò ad litis duntaxat contestationem. Verum & juri nostro conveniens videtur, licere tam ante, quam post



post litem contestatam nō emendare modō, sed etiam mutare actionem per l. 18. §. fin. de vi & vi arm. l. 4. §. fin. de noxal. action. Sed ita ut mutatio ista fiat juxta auctoritatem & æquitatem jus dicentis l. 3. C. de Edend. & sarciantur reo ab actore damna, quæ ob temerariam petitionem præcedentem passus est l. cum quem ff. de jud. ut sic mutatio actionis sine damno rei contingat l. nemo potest 75. de R. J. De jure Saxonico hæc pugna perempta est & provisum per guarandam (quam actor præstat actu corporali in dem Kläger mit handgegebenen Treuen die gewehr der Klagen angeloben mus Landrecht lib. 3. art. 14. & lib. 2. art. 15. Nov. Elect. Aug. p. 1. const. 4. N. Gerichtsord. tit. von der gewehr 12.) quâ præstitâ actor non potest libellum suum mutare Landrecht lib. 3. art. 14. cir. fin. denn dieweil die gewehr angelobet & ita in dicasterio Wittebergensi die 18. Mart. Anno 1625. pronunciatum fuit: Das die verbesserung der Klage nuhnmehr nach angelobter gewehr nicht stadt hat. Quod etiam obtinet si non petitâ & præstitâ guarandâ lis fuerit contestata Consult. Saxon. tom. 1. p. 3. q. 3 & tom. 2. p. 3. q. 5. Zanger. de except. p. 2. c. 21. n. 65. & seqq. Nov. Elect. Aug. p. 1. const. 11. ibiq. Möller. n. 2. Neue Gerichtsord. tit. 5. §. fin. Magn. D. Arum. p. m. Ex. 18. §. 5. Amplif. Dn Præses Ex. 15. q. 6. Tr. vol. 1. d. 4. th. f. l. D. ibiq. Bach.

5. Pacta non omnia nuda, sed quædam etiam non nuda satis evidenter monstrat l. 10. C. de pact. l. 15. de præsc. verb. contra Cujac. in lib. 11. obs. 17. & 14. obs. 28. Duar ad l. 2. §. 4. de pact. Coras. lib. 1. misc. c. 1. Borch. de pact. c. 2. tit. de divis. pact. Et quamvis nomina hæc verbis ll. aperte prodita non sint, ipsam tamē rem & divisionem hanc dd. text. suppeditant. Bach. ad prim. part. ff. tit. de pact. & ad Tr. vol. 1. disp. 6. sb. x. l. A. Hum. de pact. c. 2. q. 10.

6. Procurator ad totam litem datus, a sententiâ adversus se latâ non solum appellare l. 17. C. de pro. ur. l. 31. §. 2. de negot. gest. l. 2. ff. an per alium causa appell. Sed etiam appellacionem prolequi tenetur arg. l. 9. C. de appell. d. l. 17. C. de procur. arg. l. 8. §. 8. ff. mand. & suadet hoc ratio, siquidem & appellatio sub verbo agere comprehenditur, & lis, interpositâ appella-



pellatione, peracta & consumpta dici nondum potest, nec procurator munere suscepto defunctus, quoniam tunc demum res peracta dicitur, cum nihil superest agendum, *l. pen. & ult. ff. ad Sc. Syll. Don. lib. 18. com. 16. ibiq.* Hillig. *l. C. & seqq.*

7. Clausula ratihabitionis mandato procuratorio non est necessario subjicienda, quamvis ejus omissionem mandatum vitiare putarint *Vant. de nullit. proc. cap. de nullit. sent. ex in hab. sev. def. mand. n. 140. König in proc. c. 12. n. 3. & Wesemb. in par. ff. de procur. n. 6.* quia citra quod absoluitur mandatum, id de essentia mandati vel necessitate esse non potest, sed mandatum perficitur nudo consensu, ut constat *E. 2.* quia ea quae tacite insunt, si exprimantur, nihil operantur *l. 3. ff. de leg. 1. l. si arrogator 22. de adopt. l. non recte 3. & ibi Bl. C. de fidejuss. Ratihabitionis autem promissio mandato per se tacite inest *l. si procurator 6. C. de condict. indeb. E.* Nec, si subjiciatur, mandatum ullo modo ampliat, multo minus mandatum simplex in mandatum cum libera transformatur, ut putant *Aretin. in d. 1. n. 3. 7. quib. alien. lic. vel non Bart. in l. procurator n. 4. de procur. Angel. in d. l. si procuratorem n. 4. l. quia libera administratio specialiter & expresse concedi debet l. quia Taberonis 7. in fin. & ibi Bl. & Salic. de peculio l. quia ratiobne 9. §. nihil 4. de A. R. D. l. procurator 58. de procur. II.* quia clausulae accessoriae principalem dispositionem non alterant, augent vel ampliant. *Clem. 1. & ibi Glos in fin. de prebendis Covarr. in rubr. de testam. p. 2. n. 13. Rol. à Valle conf. 8. vol. 1. Menoch. lib. 3. de presunt. 115. n. 43. Schrad. de feud. p. 2. c. 3. n. 2. & ita de jure à J. Cris Witteberg. Anno 1584. responsum fuisse testatur Rauchb. p. 1. q. 2. n. 13. quem sequitur Tr. vol. 1. disp. 9. th. 8. l. A. ibiq. Bach. Schulk in Synop. Inst. de iis per quos ag. pos. l. A.**

8. In debiti per errorem solutione num transferatur dominium, controversia est inter Dd. In affirmantium castra nos conferimus cum *Clud. de cond. indeb. c. 2. n. 69. & disp. 1. th. 12. Oldentorp. clas. 6. act. 6. n. 2. l.* In quacunq; enim actione usitata formula; Si apparet cum dare oportere, dominium translatum fuisse necesse est, dare enim est dominium transferre, at in conditione indebiti haec formula fuit  
usi.



55  
uffitata per *rext.* in §. 15. quoz. 1. 7. quib. mod. re contr. obl. E. II.  
quia solutione transfertur dominium *Dn. Riem. dec. 9. q. 7.*  
Notandum autem ex alleg. *Dn. Riem.* nos loqui non de er-  
rore commisso 1. in *persona substantia*, hic enim actum vitia-  
re videtur *arg. l. 15. de jurejur. l. 52. §. 21. de furt. l. 9. in pr. de be-  
red. inst. 2. in dominio*, qui translationem dominii impedit *l.*  
*18. C. de rei vindic. l. 29. C. de trans. l. 3. § pen. de cond. causa dat.*  
*l. 35. de A. R. D.* Sed 3. de errore in *causa*, ob quam res debi-  
ta puratur, inter veniente & quærimus num hic error trans-  
lationem debiti impedit? Quod negatur per *l. 36. de A. R. D.*

9. Magna quoque Dd. concertatio est Utrum iudex or-  
dinarius de jure civili ut suspectus repudiari possit? Affir. cū  
*Magnif. & Amplif. Dn. D. Sincelthaus in contr. feud. disput. 11.*  
*contr. 17. l. per l. 16. C. de judic. cujus ratio decisionis æque mi-*  
*litat in ordinario ac delegato E. etiã decisio arg. l. 32. ff. ad L.*  
*Aquil. II.* quia coram suspectis litigare nimis periculosum  
est *c. quod suspecti 15. c. 3. q. 6. c. cum interis X. de Except. Dis.*  
*Bronch. c. 1. ass. 66.*

10. Expediti juris est: quod post privilegium persona-  
le. *l. 74. de jur. dot. l. 17. §. 1. de reb. aush. jud. pos. non solum jus*  
*hypothecæ l. un. §. 1. C. de rei uxor. act. l. 29. C. de jur. dot.* Sed et-  
iam prioritas quædam præ reliquis creditoribus anteriorem  
hypothecam habentibus mulieri pro restituenda dote ex  
constitutione *Just. competat l. assiduis 12. C. qui pot. in pign.* Il-  
lud verò adhuc inter Dd. controvertitur num *d. constitut. de*  
*anterioribus tacitam tantum*, an verò etiam expressam ha-  
bentibus hypothecam sit intelligenda? Poster. affir. propter  
verba *d. l. 12.* quibus tam prolixè mulierum causam agit *Ju-*  
*stin.* ut satis appareat, eum quam prolixissimè mulieribus  
consultum adversus quosvis creditores voluisse, quod tamè  
non factum, nisi etiam præferantur habentibus expressam.  
Et facit huc *Nov. 97. c. 3. Tr. vol. 2. disp. 24. th. 7. l. B. ibiq. Bachov.*  
*& in tr. de pign. lib. 4. c. 12. n. 1. & 2.* Et testatur *Myns. cent. 4.*  
*obs. 13. n. 4.* secundum hanc opinionem in causa appellatio-  
nis inter Episcopum Salzburgensem & Oertnerum in Came-  
ra Imperiali iudicatum fuisse *Beut. in tr. de jur. prel. p. 1. c. 35.*

B

post



post pr. § p. 2. c. 37. Contrariam tamen sententiam defendit  
Gail. lib. 2. obs. 15. n. 10. ubi in fin. ab ea nunquam in Camera  
huo tempore recessum dicit, & de consuetudine eam servari  
tradit Schneidw. ad §. 29. J. de action. n. 58. præcipue in foro  
Saxonico Heig ad d. §. n. 24. Coler. dec. 57. n. 6. & dec. 270. n. 1. &  
i. tract. de proces. execut. p. 1. c. 2. Nov. Elect. Aug. p. 1. const. 18. in  
pr. vers. Allen andern Gläubigern/so nicht elter ausdrückliche  
Verpfändung haben/vorgezogen werden. ibiq. Möller. n. 33.  
N. Gerichts Ord. tit. 43. Et ita etiam à Lipsiensibus, Witte-  
bergen sibus & Jenensibus, Francofurtensibus, & Scabinis  
Brandenburgensibus responsum testatur Dn. D. Reinh. Rosa in  
addit. ad Möller. d. l.

11. Venditor, si rei tradendæ facultatem habeat, præ-  
cise ad tradendum cogi potest, nec præstando id quod in-  
terest liberatur §. 1. vers. tunc omnimodo. J. de empt. vendit. §. 2.  
J. de donat. l. 35. §. 5. C. eod. l. 11. §. 2. l. 30. §. ult. l. 46. l. 50. de act.  
empt. l. 1. de rerum permut. l. 68. §. fin. de contr. empt. l. 8. de Evi-  
ction. l. 6. C. de Resc. vend. qui textus omnes de absoluta necessi-  
tate intelligendi sunt, non de necessitate consequentiæ, quæ ita-  
demum ad traditionem teneretur, si in id quod interest con-  
demnari noluerit, ut perperam existimant Don. 13. com. 2. Co-  
warr. lib. V. R. c. 9. n. 1. Facb. 7. contr. 30. Gadd. de contr. stipul. c. 9. n.  
65 & seqq. Nusquam enim venditori necessitas hæc rem fla-  
legitur, & quod de præstatione interesse legitur, id in favo-  
rem emtoris introductum est. ut si venditor in mora fuerit,  
vel dolo aut culpa ejus res deterior reddita, is præter rem  
ipsam etiam id quod interest persequi possit l. 36. & l. pen. de  
act. empt. Quæ autem in favorem alicujus in troducta sunt,  
contra ipsum torqueri non debent arg. l. 25. de LL. Add. Cujas.  
in l. 27. de V. O. Ant. Fab. lib. 6. conject. c. 17. Coras. lib. 7. misc. c. 3.  
Hillig. ad Don. d. l. Dn. D. Franzk. ex. 11. q. 1. Dn. D. Ungepaur, qui  
contraria optime solvit Exerc. 12. q. 4. Dn. D. Simolt cogn. Schük.  
in disp. Inst. 16. th. 8.

12. Compressam ab alio ignoranter ductam retinere,  
quis non cogitur. Non enim hic error tantum nudæ ac sim-  
plices qualitatis est, ut perperam putat Pontifex in c. 1. in fin. c.



58

29. q. 1. qvi & propterea dimissionem non concedit d. c. 1. & c.  
25. X. de iurejur. Sed *substantialis*, castitas quippe forma virgi-  
nis est, mutatâ autem formâ prope interimitur substantia  
rei l. 9. §. 3. ff. ad exhib. Nec iuri divino videtur inconueniens  
Deut. 22. v. 31. ubi delictum hoc æquiparatur adulterio, ea-  
demq; utroq; casu infligitur pœna, proinde quum adulteri-  
um cum matrimonio ita pugnet ut & ipsum conjugale vin-  
culum dissolvat Matth. 19. v. 9. hoc nostro quoq; casu idem  
dicendum erit. Et comprobatur exemplo Josephi Matth. 1.  
c. 19. ubi quamvis cogitatio ipsius ad effectum nō fuerit per-  
ducta; tamen inde colligi potest, quid senserit vir ille justus,  
quidve in tali casu statuendum sit. Luth. tom. 4. Jenens. Germ.  
tit. Antwort D. M. L. auff eine Ehesach ubi inquit Es geschehe  
den Gesellen vnrecht vñ sey nicht schuldig für Gott die Jung-  
fraw zubehalten. Magnif. Dn. D. Finckelthaus observ. pract. 30.  
Amplif. Dn. D. Ungepaar Exerc. 3. q. 8. Dn. Riem. dec. 3. q. 6. Andr.  
Gerhard. Dec. 2. q. 7. Benf. de matr. c. 34. Cubach. cont. 3. dec. 1. q. 1.  
Henon. disp. 2. th. 7. q. 2. & ita iudicatum Lipsiæ in Consistor.  
Electo. & responsum a Jctis ibidem Anno 1632. testatur d.  
l. Dn. D. Finckelthaus.

13. Circa testamentum, tempore pestis conditum, distin-  
guunt Dd. ita ut si *parva* sit pestis, *septem* testes adhibeantur;  
si *magna* & *dura*, *quinq;*: si vero ipse testator peste laboret,  
*duo* vel *tres* sufficiant Myns. 1. obs. 96. Gail. 2. obs. 118. n. 18. Kopp.  
dec. 45. n. 19. Nos simpliciter requirimus de iure civili septem  
testes per l. 8. C. de testam. non attentâ illâ Dd. distinctione.  
Ubi enim lex non distingvit, nec nostrum est distingvere, in  
d. l. 8. autem Imp. simpliciter utuntur voce contagionis,  
nec inter parvam aut magnam distinguunt. Imo textus il-  
lam distinctionem planè respuit, cum loquatur de casu ma-  
jori ac novo, & indistinctè de cōtagione & quidem tali quæ  
testes deterret, Ea autem vel maxime pestis est magna. Sed  
& homines tam facile ex peste levi & parva deterreri, vel et-  
iam mori possunt, quam ex magna & vehementi. Dn. Berlich.  
p. 3. concl. 5. n. 4. Et quàmvis in d. l. 8. aliquid de solennitatibus  
fuit relaxatum, relaxationem tamen istam non tam numerū

B 2

testi-



testium, quam eorundem eodem tempore conventionem spectare, secundum verba d. l. expressa tradit *Magn. Dn. Arum. p. m. c. 7. th. 11. Amplif. Dn. Prases exer. 8. q. 1. in Aio.* Verum videtur d. text. quibusdam Dd. nihil ad rem facere. *Salic. ad d. l. 8.* ridiculè admodum istum textum intelligit, dum exemplum ponit in testatore, vomitum faciente, quod hic sit calus novus, major ac contagio quædam. *Hillig. ad Don. 6. com. 9. l. F.* putat non loqui de testamento tempore pestis condito, sed de casu aliquo inopinatò accedente, ut si dum conditur testamentum testator vel testium aliquis morbo epidemico corripatur. Sed quid sentiendum sit de hisce conflictus docebit. De jure Saxonico constitutum est, ut si quis peste correptus decumbat vel si alicujus domus lue pestifera sit infecta, testamentum coram tribus vel duobus condere possit *Const. Elect. 4 p. 3.* Quæ constitutio tamen non procedit, si neque ipse testator peste laborat, neque domus ejus lue pestifera est infecta. *Magn. Dn. D. Sinckelthaus in obs. pract. 7.*

14. Damnatos pænâ capitis jure veteri testari non potuisse indubium fuit per *l. 8. §. 4. ff. qui testam. fac. poss. l. si quis 6. §. 5. & 6. de injust. rupt. & irr.* Ex quibus textus apparet, libertatem & bona ipsis fuisse adempta. An vero idem & hodie obtineat, non undiquaque liquet? Neg. *Wesemb. in par. ff. qui test. fac. poss. n. 13.* Nos affirmantibus assistimus *Magnif. Dn. Arum. Exerc. 7. th. 7. Tr. vol. 2. disp. 10. th. 2. l. b. ibiq. Bachov. Dn. Riem dec. 6. q. 1.* Contrariam sententiam approbavit Serenissimus Elector Saxonie p. 3. *const. 6.* ubi constituit: ut damnatis ad mortem de bonis suis in testamento, vel alia quacunque ultima voluntate, ritè disponere liceat: exceptis iis, qui ad confiscationem bonorum quoque sunt condemnati. Atque ita Jenæ in causa cujusdã damnati ad furcas Mense Majo Anno 1575. pronunciatum fuisse, testatur *Coler. dec. 31. n. 3.*

15. Testamentum domi conscriptum & consignatum, per procuratorem, nuncium, Epistolam, magistratui num prælatari & ita actis publicis insinuari possit, quaeritur? Neg. sed requiritur, ut testator ipse in judicio coram iudice præsens compareat & testamentum suum apud acta deponi & ibi



57  
ibi reservari petat l. quia in l. 19. C. de testam. verba ad ipsum  
testatorē referuntur. 2. facit Const. Elect. 3. p. 3. §. fin. ibi. Und le-  
ger dasselbe hinter das Gerichte. Moller. 1. Sem. 5. n. 9. Et ita re-  
sponderunt Dn. JCTI Lipsient. An C. C. 22. Sept. Anno 1624.

16. Inter alia quæ paratam habent executionem etiam  
est testamentum. Nam si hoc integrum & sine vitio legitimo  
testium numero vallatum exhibeatur, paratam statim exe-  
cutionem habet, ut scripti heredes, mandato executoriali  
impetrato, in possessionem bonorum hereditariorum rectè  
immitti debeant l. f. C. de Edict. Div. Hadr. tollend. An autem  
& testamentum paratam executionem habeat respectu le-  
gatariorum, ita ut legatarii pro legato consequendo viâ ex-  
ecutivâ procedere possint, quaritur? Et Affir. cum Magnif.  
Dn. D. Finckelthaus obs. 121. per. tot. Dn. Berl. ch. p. 1. concl. 80. n. 10.  
Bachov. ad Tr. vol. 2. disp. 13. ch. 7. l. B. & C. Diss. Huyn. ad Tr. vol. 2.  
disp. 13. ch. 7. l. C. Fach. lib. 5. contr. 31.

17. Ut solutio suam consequatur effectum inter alia et-  
iam requiritur, ut debitum totum solvatur, nec invito credi-  
tori particularis obtrudatur solutio l. 41. §. 1. de Usur. Ratio  
est, quia per particularem solutionem invito creditori ini-  
qua conditio non debet inferri, cum non minima habeat  
incommoda l. 3. fam. her. l. 73. de R. 7. Excipiuntur tamen ca-  
sus nonnulli l. si ab initio contractus ita convenerit d. l. 41. §.  
1. de Usur. l. 17. ibiq. Gothofr. C. de solut. §. 1. vers. sicut 7. quib. mod.  
toll. oblig. 2. si veretur favor libertatis l. 4. §. 6. de statulibr. 3. si  
quæstio sit de pensationibus publicis l. 4. C. de Collat. fund.  
patr. 4. Si debitum non sit liquidum l. 21. de Reb. credit. l. 8. si pars  
hered. pet. Add. Ampl. Dn. D. Ungepaur Exerc. 12. q. 9. Dn. Riem. dec.  
11. q. 8. Bronch. cent. 2. ass. 17.

18. Ante diem, id quod in diem debetur, rectè creditor  
invito, nisi ejus interit, solvitur l. stipulatio 38. §. 16. l. continu-  
us §. 2. ff. de V. O. l. quod quis 50. ff. de O. & A. l. 70. ff. de solut. Dn.  
Riem. dec. 11. q. 9. Don. 5. com. 11. Bronch. 4. ass. 63. Bach. ad Tr. vol.  
2. disp. 29. ch. 3. l. 7. & ita respondisse Scabinos Lipsientes 10.  
Mart. Anno 1623. tradit Dn. Berl. ch. dec. 153. n. 4. & Schulz. in  
17. de oblat. c. 4. n. 23.

B 3;

19. Cui





19. Cui fiat furtum, quod à tabellario in pecunia inter-  
versa committitur, num creditori, an debitori quæritur?  
Dist. ut si debitor ipse absq; interpellatione creditoris, vel  
præviâ quidem petitione, sed absq; certâ nuncii designatio-  
ne & determinatione, debitum mittat, nuncium ve cõstitu-  
at, ac eidem ut pecuniam illuc deferat, mandet, fiat furtum  
debitori, eò quod ejusmodi casus fortuiti, qualis est etiam  
tale furtum *Gles in §. namq; 7. de action. vers. casu ad debito-  
res spectent l. 11. ubi Dd. C. si cert pet. Si verò debitor expressum  
creditoris de tradendâ huic vel illi certæ personæ pecuniâ  
mandatum expectet, periculum omne redundat in credito-  
rem l. cum qui 10. §. ult. l. si mei 12. §. 1. ff. comm. Sich. ad l. 7. n. 11. cum  
seqq. C. de furt. Hering. de fidejuf. c. 20. §. 27. & seqq. Dn. Berlich.  
concl. 58. p. 5.*

20. Idem ad eundem modum dicimus de nuncio, qui à  
latronibus absq; propria culpa intercipitur & spoliatur d. l.  
10. & d. l. 12. ff. commod.

#### EX JURE CANONICO.

21. Falsissimum est, & fidei historicæ maximè repugnat  
quod c. Constantinus 14. dist. 40. de Donatione Constantini  
Imper. Sylvestro Papæ factâ, nugatur. Et aliter refert *Palea in  
c. Constantinus 14. dist. 96.* quæ de totius regni Occidentalis  
donatione loquitur. Aliter *Mel. bi ad inc. futuram 15. c. 17. q. 2.*  
qui sedem Imperialem tantum donatam dicit. Aliter *Nicol.  
3.* qui solam urbem Romanam concessam esse ait in c. fun-  
damenta 17. de Elect. & *Elect. potest. in 6.* plura vide apud *Magn.  
Dn. D. Sincelshaus contr. feud. disp. 5. contr. 3.*

22. Jure Canonico sponsalia duplicia esse an coeperunt, alia  
de præsentia, alia de futuro c. 15. c. 22. c. pen. X. de spons. c. 3. de spõs.  
duorum c. fin. de conjug. lepro. et si autem jure civili incognita  
arg. l. 1. ff. de spons. non incommodè tamen ferri potest hæc di-  
stinctio. Nec enim sponsalia de præsentia eadem sunt cū ma-  
trimonio, ut putant *Rober. disp. ad J. 2. th. 2. Mozz. de nupt. c. 1. n.  
5.* cum semper sint ex conventionem & contractus arg. l. 1. l. 2. de  
spons. l. 7. de V. S. à quo differt matrimonium, ut res contra-  
henda. Insuper matrimonium contractum non intelligi-  
tur,



tur, nisi publicè coram Ecclesiâ benedictione sacerdotali & precationibus adhibitis celebratum fuerit & aliter 30. q. 5. Rixersb. de differ. jur. civ. & Can. c. 1.

23. Differentia actionum bonæ fidei & stricti juris jure Canonico sublata non est, ut perperam nonnulli opinantur, cū ea expressè comprobetur in c. fin. X. de pos. c. 6. de Excepr.

24. Pacta nuda nec jure Canonico producere actionem arg. est certissimo c. 1. X. de pact.

25. Rem alienam legare tam de jure Civili licet. §. non solum 4. cum seqq. 7. de leg. §. 1. 7. de sing. reb. per fid. rel. l. 10. C. de legat. quam jure Canonico Diss. Sich add. l. 10.

EX JURE FEUDALI

26. Si vasallus dominum concubiverit i. e. cum uxore ejus concubuerit feudum amittit text. 1. feud. 5. pr. vers. item si fidelis. 7. feud. 57. c. f. 21. §. si quis mulier. Verum an & ob osculum amittat, quæstionis est? D. inter osculum impudicum & charitativum aut ex consuetudine loci. Illud est quando quis attentandæ pudicitie ergo famine amplexum imprimit, qui character est luxurie & futuri concubitus, & ob hoc amittere feudum asserimus, non verò ob charitativum, quod consuetudine loci receptum est, ut mas foemina alterius ades potissimum ingrediens osculum libet, aut amplectetur, & tunc est signum amicæ salutationis. Add. Magn. Dh. D. Sinelthaus in contr. feud. d. 10. contr. 10.

*1) fauores.*  
*osculum impud.*

27. Legitimi per subsequens matrimonium etiam in feudis succedunt. Dd. communiter & Gail. 2. obs. 141. n. 2. Dn. D. Ungepaar exerc. 9. q. 5.

28. An vasallus dominum etiam adversus patrem juvare debeat? ut cum Magnif. Nobilif. & Amplif. Dn. D. Petro Theodorico Ordinario meritissimo, Patrono & Hospite æternum observando in colleg. crim. disp. 11. tit. 4. eatenus adversus patrem debere vasallum filium propugnare dominum, & huic opem ferre, quæ pietas, ratio & jus nature non resistit.

29. Thesaurus in fundo feudali repertus inter vasallum & dominum feudi dividendus est, quia ubi jure feudali nihil dispositum ibi ad legem scriptam recurrendum 2. feud. 1. E. ad §. thesaurus 7. de R. D. Moller. 4. sem. c. 27.

30. Fru-





30. Fructus pendentes annui in feudum sine fundo dari  
possunt, quippe qui solo coherent l. 44. de R. V. l. fin. §. 4. & 6.  
ff. qua in fr. credit. cujusmodi in rebus feudum ratione con-  
stitui dubium non est 2 f. 1. §. sciendum.

---

CLARISSIMO DN. DOCTORANDO,  
*Amico suo suavissimo.*

**E**Gregium decus est Tibi patrissare. quid optem?  
Scilicet & Patrem Te superare velim!  
Quem jam Doctorem Juris Themis alma curabit,  
Ductorem sponsæ mox creet alma Venus!

*Gothofredus Fibigius D.  
& Curia Provincialis Sa-  
xonica Advocatus Ordini-  
narius.*

---

CLARISSIMO DN. RESPONDENTI, AMICO  
*ac commensali suo suavissimo*

**F**elices Musæ, multis quæ utuntur amicis,  
Et quos fautorum docta corona juvat.  
Sed magis aspirant solâ virtute celebres  
Quâ Duce Musarum gloria major erit  
Hos rectè sequeris, virtute quod ambis honores  
Excellens Langi, nec favitore petis.  
Perge sic, & summos eadem tibi cedit honores  
Perpetuusq; comes semper amicus erit.

*Gratulabundus  
fundeat*

Joachimus Geismar  
Rostochiensis.

F I N I S.



ULB Halle 3  
003 862 070




56.

1077









1794.

~~V. 51~~

~~16~~

1637,9

18

2.

QUOD DEUS BENE VERTAT,  
**DISPUTATIO**  
INAUGURALIS,

*Continens*  
Controversias miscellaneas ex jure Civili scri-  
pto, Canonico & Feudali decerptas,

*QUAM*  
DECRETO ET AUCTORITATE MA-  
GNIFICI ET NOBILISSIMI IN ILLUSTRIS  
SALANA ICTORUM ORDINIS,  
*PRÆSIDE*  
VIRO  
*AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,*  
*CONSULTISSIMO*

**Dn. ERASMO UNGEPAUR,**  
Naumburgensi, ICTO & Antecessore  
celeberrimo, Consiliario Saxonico, Curia Provin-  
cialis & Scabinatus Assessore dignissimo, Facultatis  
Juridicæ Seniore, Præceptore & Promoto-  
re suo ætatem observando,

*Pro consequendis summis in Utroq, Jure*  
*Privilegiis & honoribus Doctoralibus*

*Ad diem 22. Novembr.*

Publicæ disquisitioni subjicit

**CHRISTOPHORUS Lange Naumburgensis.**

JENÆ,  
PRELO LOBENSTENIANO.  
ANNOCIO 1737 XXXVII.

